



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Obedientia humilis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

Ingolstadiani Patres scripserunt his verbis. Visitauit nos etiam mense Maio P. Canisius, qui omnibus pietatis, obsequij, Caritatis dedit exempla. Cunctos his literis, quas post discessum suum remisit, quibus se officio, quo annis quatuordecim functus erat, abdicabat, atq; R. P. Paulum tuæ Reuerendæ Paternitatis voluntate, & mandato Præpositū Prouincialem declarauit, vehementer commouit. Scripsit & ad Præpositū Borgiā post actas vti anno quoq; proximo fecerat, bonitati diuinæ gratias, ac Præposito ipsi, quod tandem vacatio sibi, & successor is datus esset, quem meliorem quā se, & sapientiozem, & aptiorem ei difficili Prouincia pro dignitate administrandæ esset expertus: postq; rogatam & veniam, & pœnam eorū, quæ annis fere quatuordecim contra officij sui rationem admiserit, seu prætermiserit maiorē in modum petit, vt suis precibus nouam sibi mentem impetret à Deo, vt ritè cognoscat, & æstimet digne collatū in se in præsens beneficium, per quod animum totum colligere, & quod misere hactenus neglexit, aliqua ex parte compensare possit. Addit dedisse se etiam literas ad nouū P. Prouincialem, ac rogasse, vt de se libere statueret: libenter

*Cura sui profectus.*

*Obedientia humilis.*

l

enim

enim duce Christo, non minus, quàm inferiorem  
 alium esse pariturum. Sancte admodùm Romanos  
 Patres affecit rarum id specimen subiectæ adeo,  
 atq; obsequiosæ mentis. Borgia sensum animi sui  
 declaravit his verbis.

Eudatur à  
 Præposito  
 Borgia.

**Q**ua ratione usus es, Pater, in Provincialis o-  
 nere deponendo, ea nobis summe probata est;  
 valdeq; tam illustri exemplo commoti excitatiq; su-  
 mus. Nimirum ita posuisti; uti gesseras. Nam  
 patientia tanta, qua per annos quatuordecim eam  
 sarcinam pertulisti, inter continuos administrati-  
 onis domesticæ labores, nunquam prætermittendo  
 alia Instituti propria ministeria, tantus Zelus, in-  
 tegrilas, prudentia cumulate & Præpositus ante  
 me, & mihi fecerant satis, & multum edificationis  
 præbuerant. Et quanquam novus Provincialis,  
 & univèrsi de Prouincia ista, aliisq; vicinis meritò  
 habere debeant te loco Patris, eiusq; Patris, qui cū  
 de ipsis, tum de cuncta Societate in Germania præ-  
 fertim, meritis optimè sit, tamen alacritatem, &  
 humilitatem qua obedientiam ipse nouo Præposito  
 defers cum gaudio vidimus. Quippe talibus do-  
 cumentis fieri nequit, quin commoneantur pluri-  
 mum ii, qui tandiustua sub disciplina, ditoneq; sit-  
 erunt,